

Wilhelm von Ockham

Das Recht von Kaiser und Reich

**Herders Bibliothek
der Philosophie des Mittelalters**

Herausgegeben von
Alexander Fidora, Matthias Lutz-Bachmann,
Isabelle Mandrella, Andreas Niederberger

Band 49

Wilhelm von Ockham

Das Recht von Kaiser und Reich

Wilhelm von Ockham

De iuribus Romani imperii

Das Recht von Kaiser und Reich

III.2 Dialogus, Band II

Lateinisch

Deutsch

Übersetzt und eingeleitet
von Jürgen Miethke



FREIBURG · BASEL · WIEN

Zum Übersetzer

Jürgen Miethke, geb. 1938, Dr. phil., Professor em. für Mittlere und Neuere Geschichte an der Ruprecht-Karls-Universität Heidelberg



© Verlag Herder GmbH, Freiburg im Breisgau 2020

Alle Rechte vorbehalten

www.herder.de

Umschlaggestaltung: Finken & Bumiller, Stuttgart

Satz: SatzWeise, Bad Wünnenberg

Herstellung: Těšínská Tiskárna a.s., Český Těšín

Printed in the Czech Republic

ISBN 978-3-451-38729-6

Inhalt

Teilband II

Buch II

Kapitel 16	413
Kapitel 17	417
Kapitel 18	421
Kapitel 19	425
Kapitel 20	427
Kapitel 21	435
Kapitel 22	439
Kapitel 23	445
Kapitel 24	447
Kapitel 25	453
Kapitel 26	459
Kapitel 27	463
Kapitel 28	467
Kapitel 29	475

Buch III 485

Kapitel 1	485
Kapitel 2	487
Kapitel 3	493
Kapitel 4	511
Kapitel 5	519
Kapitel 6	531
Kapitel 7	549
Kapitel 8	561
Kapitel 9	567
Kapitel 10	571
Kapitel 11	587
Kapitel 12	595
Kapitel 13	601
Kapitel 14	605
Kapitel 15	613

Kapitel 16	617
Kapitel 17	631
Kapitel 18	651
Kapitel 19	663
Kapitel 20	671
Kapitel 21	677
Kapitel 22	677
Kapitel 23	693

Anhang

Ockham zu Urteilstkraft [iudicium] und Gedächtnis [memoria]	711
Pierre d'Ailly, <i>Abbreviatio Dyalogi Okan</i> (zu III.2 <i>Dialogus</i>).	717
Abkürzungsverzeichnis	771
Literaturhinweise	775
Zeittafel	799
Glossar	805
Register der Personennamen und geographischen Bezeichnungen	817
Index der Zitate	821

Teilband I

Vorwort	9
Einleitung	17
1. Die Entstehung des <i>Dialogus</i> . Das ursprüngliche Konzept und Planungsänderungen	17
2. Der Entschluss zur Fortsetzung des <i>Dialogus</i>	26
3. Die ›dialogische Methode‹ Ockhams	36
4. Aufriss der II. Abhandlung des III. Teils	53
5. Zur handschriftlichen Überlieferung des Textes	76
6. Bemerkungen zur deutschen Übersetzung, zur kommentierenden Begleitung und zur Präsentation	83
Text und Übersetzung	
Das Recht von Kaiser und Reich, III.2 <i>Dialogus</i>	93
Prolog	93
Buch I	101
Kapitel 1	101
Kapitel 2	123
Kapitel 3	129
Kapitel 4	131
Kapitel 5	133
Kapitel 6	137
Kapitel 7	145
Kapitel 8	149
Kapitel 9	153
Kapitel 10	157
Kapitel 11	163
Kapitel 12	175
Kapitel 13	179
Kapitel 14	185
Kapitel 15	185

Kapitel 16	199
Kapitel 17	205
Kapitel 18	211
Kapitel 19	225
Kapitel 20	233
Kapitel 21	241
Kapitel 22	251
Kapitel 23	257
Kapitel 24	269
Kapitel 25	275
Kapitel 26	289
Kapitel 27	293
Kapitel 28	305
Kapitel 29	309
Kapitel 30	315
Kapitel 31	321
Buch II	329
Kapitel 1	329
Kapitel 2	333
Kapitel 3	335
Kapitel 4	339
Kapitel 5	341
Kapitel 6	351
Kapitel 7	363
Kapitel 8	369
Kapitel 9	381
Kapitel 10	385
Kapitel 11	391
Kapitel 12	393
Kapitel 13	397
Kapitel 14	399
Kapitel 15	403

Text und Übersetzung

Teilband II

Capitulum XVI

Discipulus: Quia ista sententia tertia auctoritates que videntur contrarie nititur concordare et nullam vult negare, discurremus per eas et videamus quomodo secundum istam sententiam debent intelligi. Per hoc enim forsitan melius ad veritatem totius istius materie poterro pervenire. Dic itaque primo quomodo secundum opinionem istam decretalis illa, Extra, De officio iudicis ordinarii, *Perniciosam*, supra 10^o c. allegata debet intelligi. **Magister:** Uno modo respondetur quod decretalis illa loquitur de potestate inquirendi, ulciscendi et iudicandi adulteria et alia scelera clericorum et illorum qui temporali iurisdictioni episcoporum sunt subiecti. Aliter dicitur quod loquitur indistincte de omnibus quando iudices seculares negligunt adulteria et alia scelera secularia debita animadversione punire. Sic enim in multis regionibus iudices ecclesiastici puniunt fornicaciones et plura alia scelera quia iudices seculares talia crimina non puniunt vel favent huiusmodi criminosis. Et ideo si iudices seculares de fornicacionibus, adulteriis et huiusmodi criminibus secularibus debitam et sufficientem sumerent ulcionem, iudices ecclesiastici de ipsis puniendis invitis iudicibus secularibus et prohibentibus se intromittere non deberent.

Discipulus: Hec responsio quantum ad crimen adulterii videtur contraria veritati cum adulterium crimen ecclesiasticum sit censendum et ad iudicem ecclesiasticum spectet. Nam ad eundem iudicem spectat crimen adulterii ad quem cause matrimoniales pertinere noscuntur; sed cause matrimoniales ad iudicem ecclesiasticum spectant, ut notat glossa, Extra, De foro competenti, *Ex tenore*, allegans c. Extra, De officio delegati, *Causam que*, et c. Extra, De consanguinitate et affinitate, *Ex literis*. Ergo et crimen adulterii spectat ad ecclesiasticum iudicem. **Magister:** Respondetur quod tam crimen adulterii quam causa matrimonialis aliquo modo spectat ad iudicem ecclesiasticum et aliquo modo ad iudicem secularem, cuius ratio assignatur quia matrimonium non solum reperitur apud fideles lege ecclesiastica et divina utentes, sed apud infideles et sola lege nature contentos.

³⁶¹ Vgl. oben II.13 [Teilband I], S. 397/399.

Kapitel 16

Schüler: Weil diese dritte Meinung³⁶¹ bestrebt ist, dem Anschein nach gegensätzliche Belege miteinander in Übereinstimmung zu bringen, und keinen dabei verleugnen möchte, wollen wir sie einzeln durchmustern und sehen, wie sie nach eben dieser Meinung zu verstehen sind. Vielleicht kann ich nämlich dadurch besser zum wahren Sachverhalt in dieser ganzen Frage vorstoßen. Sage also zuerst, wie nach dieser Auffassung die oben in Kapitel 10 angeführte³⁶² Dekretale »*Perniciosa*« [X 1.31.1] zu verstehen ist. **Lehrer:** Darauf gibt es eine Antwort: Diese Dekretale spricht von der Kompetenz zu Untersuchung, Verfolgung und gerichtlicher Behandlung von Ehebruch und anderen Straftaten von Klerikern und Menschen, die der zeitlichen Gerichtsbarkeit der Bischöfe unterstehen. Eine andere Antwort sagt: Sie spricht ununterschieden von allem, sofern die weltlichen Richter es versäumen, Ehebruch und andere weltliche Verbrechen mit der angemessenen Strafe zu ahnden. In dieser Weise bestrafen in vielen Gegenden kirchliche Richter Unzucht und mehrere andere Straftaten, weil die weltlichen Richter diese Straftaten nicht ahnden oder sogar derartige Straftäter begünstigen. Wenn daher die weltlichen Richter Unzucht, Ehebruch und ähnliche weltliche Straftaten mit der gehörigen und ausreichenden Strafe bestrafen, dann dürften sich kirchliche Richter gegen den Willen der weltlichen Richter, oder wenn diese sie daran zu hindern versuchen, in deren Bestrafung nicht einmischen.

Schüler: Diese Antwort erscheint hinsichtlich der Straftat des Ehebruchs wahrheitswidrig, ist doch Ehebruch als eine kirchliche Straftat anzusehen und geht damit den kirchlichen Richter an. Denn der nämliche Richter ist für Ehebruch zuständig, der auch allgemein für Eheprozesse zuständig ist. Doch für Eheprozesse ist der kirchliche Richter zuständig, wie die Glosse zu X 2.2.11 [s.v. *ecclesiasticum iudicem*] anmerkt, wo sie X 1.29.16 sowie X 4.14.1 anführt. Also geht auch die Straftat Ehebruch den kirchlichen Richter an. **Lehrer:** Darauf ist die Antwort: Beides, die Straftat Ehebruch wie auch ein Eheprozess, kommt in gewisser Weise dem kirchlichen Richter zu. Der Grund dafür ist, dass die Ehe nicht nur bei den Gläubigen zu finden ist, die unter kirchlichem und göttlichem Gesetz stehen, sondern

³⁶² Siehe oben S. 387.

Et ideo causa matrimonialis, in quantum matrimonium est a lege divina, spectat ad ecclesiasticum iudicem et, in quantum est a lege nature, spectat ad iudicem secularem. Similiter crimen adulterii, in quantum est contra matrimonium prout est a lege divina, spectat ad iudicem ecclesiasticum; in quantum autem est contra matrimonium prout est a lege nature, spectat ad iudicem secularem. Unde crimen adulterii, in quantum est contra prohibitionem divinam vel ecclesiasticam, est puniendum per iudicem ecclesiasticum, sed crimen adulterii, quando esset contra matrimonium ut est a lege nature, esset per secularem iudicem puniendum. Et ideo si non sit contra legem nature quod unus vir habeat plures uxores sed sit solummodo contra legem divinam et ecclesiasticam, qui primo contraheret cum una et postea cum alia quam cognosceret pro adulterio cum secunda non esset puniendus per iudicem secularem, quia iudex secularis per solam legem nature non iudicaret ipsum adulterium, sed puniendus esset per ecclesiasticum iudicem, qui per legem divinam vel ecclesiasticam ipsum adulterium reputaret.

Discipulus: Dic qualiter respondetur ad decretalem Innocencii 3ⁱ Extra, De iudiciis, *Novit*. **Magister:** Respondetur quod Innocencius signanter dicit ad suum officium pertinere de quocumque peccato mortali corripere quemlibet Christianum. Non tamen semper spectat ad ipsum punire quemlibet Christianum de quocumque peccato mortali in foro contencioso. Hoc enim esset totaliter absorbere potestatem puniendi crimina quam habet imperator et alii iudices seculares. Quando tamen correptus de peccato mortali contempnit correctionem et non est aliquis iudex secularis qui contempnentem pro peccato commisso plectat condigne, potest papa ipsum per distinctionem ecclesiasticam coercere, et in eo casu loquitur Innocencius. Quem – licet sit iudex secularis qui sufficienter puniat ipsum – pro primo crimine seculari potest punire pro contemptu quo contempnit

³⁶³ Parallelen: *Breviloquium* III.12 (OPol IV, S. 187,⁷²⁻⁷⁴) und (insbesondere wegen der politischen Implikationen des dortigen Streitfalls) *De causa matrimoniali*, 1 (OPol III, S. 279,³²⁻⁴⁴). Vgl. auch die Naturrechtslehre Ockhams in III.2 *Dialogus* III.6.

auch bei den Ungläubigen und denen, die sich allein mit dem Naturrecht begnügen.³⁶³ Deshalb fällt ein Eheprozess in die Kompetenz des kirchlichen Richters, soweit die Ehe zum göttlichen Gesetz gehört, und in die Kompetenz des weltlichen Richters, soweit sie zum Naturgesetz gehört. In gleicher Weise fällt die Straftat Ehebruch, soweit sie gegen die [Institution der] Ehe gerichtet ist, wie sie im göttlichen Gesetz eingerichtet ist, in die Kompetenz des kirchlichen Richters, soweit sie jedoch gegen die Ehe verstößt, wie sie vom Naturgesetz bestimmt ist, in die des weltlichen Richters. Darum ist die Straftat des Ehebruchs, insofern sie gegen das göttliche oder kirchliche Verbot gerichtet ist, durch den kirchlichen Richter zu ahnden. Insofern sie gegen die Ehe gerichtet ist, wie sie vom Naturgesetz bestimmt ist, wäre die Straftat des Ehebruchs jedoch durch den weltlichen Richter zu ahnden. Wenn es daher nicht gegen das Naturgesetz verstößt, dass ein Mann eine Mehrzahl von Ehefrauen hat, sondern das nur gegen das göttliche und kirchliche Gesetz verstößt, dann wäre der, der zuerst eine Ehe mit einer Frau eingeht und später mit einer anderen eine Ehe schließt, mit der er dann geschlechtlich verkehrt, für diesen Ehebruch an seiner ersten [Frau] nicht vom weltlichen Richter zu bestrafen, denn der weltliche Richter würde das aufgrund allein des Naturgesetzes nicht als Ehebruch verurteilen. Er wäre aber durch den kirchlichen Richter zu bestrafen, der durch das göttliche oder kirchliche Gesetz den Ehebruch als solchen erkennt.

Schüler: Sage, wie auf die Dekretale Innozenz' III. »Novit« [X 2.1.11] geantwortet wird. **Lehrer:** Die Antwort ist: Innozenz sagt bezeichnend genug, es gehöre zu seinem Amt, jeden Christen wegen jeder Todsünde zu richten. Nicht immer dagegen gehört es ihm zu, jeden Christen wegen jeder Todsünde im strittigen Gericht zu richten. Das würde nämlich die Amtskompetenz zur Bestrafung von Verbrechen vollständig absorbieren, die der Kaiser und die anderen weltlichen Richter innehaben. Wenn jedoch ein wegen einer Todsünde vor Gericht gestellter Straftäter die Berichtigung missachtet und es keinen anderen weltlichen Richter gibt, der den [Gerichts-] Verächter für das begangene Verbrechen angemessen bestrafe, kann der Papst ihn durch kirchliche Züchtigung in die Schranken weisen, und von diesem Fall spricht Innozenz III. Er kann ihn – wenngleich es einen weltlichen Richter gäbe, der ihn hinlänglich strafe – für die erste weltliche Straftat bestrafen wegen der Missachtung, mit der er die Bestrafung durch die Kirche missachtet hat. Denn diese Miss-

correpcionem ecclesie, quia ille contemptus quando est criminalis debet inter crimina ecclesiastica computari. **Discipulus:** Videtur quod licet papa coherceret quemlibet Christianum pro quocumque peccato mortali non totaliter absorberetur potestas imperatoris et aliorum laycorum crimina secularia puniendi quia alia est pena canonica et alia legalis; et ideo quamvis criminosus puniatur a iudice seculari pena legali poterit nihilominus pro eodem crimine puniri a iudice ecclesiastico pena canonica. **Magister:** Hoc pluribus irrationabile omnino videtur quia sicut habetur Extra, De iudiciis, *At si clerici*, nullus debet duplici pena conteri quando una sufficit. Et ideo qui per iudicem secularem pro aliquo scelere sufficienter punitur, per iudicem ecclesiasticum alia pena puniri non debet. Hoc consuetudo ecclesie servat quia raptores, homicide et alii scelerati quando coram seculari iudice convincuntur et pena condigna plectuntur, ecclesia nullam penam publicam eis imponit nec extra forum penitenciale de eis se aliquammodo intromittit.

Discipulus: Dic quomodo respondetur ad alios Kanones qui in eodem c. 10^o adducuntur. **Magister:** Respondetur quod omnes debent intelligi quando iudices seculares in puniendo huiusmodi scelera sunt negligentes vel quando huiusmodi scelerati sunt occulti ita quod in iudicio convinci non possunt.

Capitulum XVII

Discipulus: Specialiter desidero scire quomodo secundum eandem assercionem respondetur ad auctoritates que de sacris literis adducuntur. **Magister:** Ad auctoritatem salvatoris: *Si peccaverit in te frater tuus* etc., multipliciter respondetur. Uno modo quod intelligitur quando iudex secularis est negligens in faciendo iusticiam. Aliter dicitur quod per illa verba salvatoris non tribuitur aliqua potestas iudicibus ecclesiasticis plus quam iudicibus secularibus. Nam ibi non accipitur

achtung, wenn sie durch eine Straftat begangen wird, muss man unter die kirchlichen Vergehen rechnen. **Schüler:** Offensichtlich ist: Wenn auch der Papst jeden Christen wegen jeder Todsünde in Schranken wiese, würde doch die Amtskompetenz des Kaisers und anderer Laien, weltliche Straftaten zu bestrafen, dadurch nicht gänzlich absorbiert, denn eine kanonische Strafe ist eine andere als eine gesetzliche [nach dem Zivilrecht]. Obgleich daher der Übeltäter vom weltlichen Richter mit der gesetzlichen Strafe bestraft würde, kann er nichtsdestoweniger für die gleiche Untat vom kirchlichen Richter mit einer kanonischen Strafe bestraft werden. **Lehrer:** Das kommt mehreren Leuten ganz unvernünftig vor, denn wie man in X 2.1.4 §2 lesen kann, darf niemand mit einer doppelten Strafe belegt werden, wenn eine einzige ausreicht. Wer darum durch den weltlichen Richter für eine Untat hinlänglich bestraft worden ist, der darf von dem kirchlichen Richter nicht mit einer weiteren Strafe belegt werden. Das wahrt auch kirchliches Gewohnheitsrecht, denn wenn Mordbrenner, Mörder und andere Verbrecher vor einem weltlichen Richter überführt und mit einer angemessenen Strafe bestraft werden, erlegt die Kirche ihnen keine öffentliche Strafe auf noch auch beschäftigt sie sich mit ihnen außerhalb des Forums der Buße irgendwie weiter.

Schüler: Sage, wie auf die anderen Kanones geantwortet wird, die in demselben Kapitel 10 angeführt werden. **Lehrer:** Die Antwort ist: Alle sind so zu verstehen, [dass sie gelten], wenn weltliche Richter bei der Bestrafung solcher Untaten säumig sind oder wenn derartige Verbrecher verborgen bleiben, so dass man sie nicht vor Gericht stellen kann.

Kapitel 17

Schüler: Ganz besonders möchte ich wissen, wie nach derselben Auffassung auf die angeführten Schriftstellen geantwortet wird. **Lehrer:** Zum Wort des Heilands [Matth 18:15]: *Sündigt aber dein Bruder* usw. gibt es vielfältige Antwort. Einmal ist es so zu verstehen: Wenn der weltliche Richter dabei säumig ist, Gerechtigkeit zu üben. In anderer Weise sagt man: Durch diese Worte des Heilands wird den kirchlichen Richtern keinerlei höhere Kompetenz als den weltlichen Richtern zugeteilt. Denn dort wird das Wort ›Kirche‹ nicht für die

ecclesia pro viris ecclesiasticis qui clerici appellantur sed pro congregatione fidelium universali vel particulari que clericos et laycos comprehendit. Dicitur enim quod in tota scriptura divina non accipitur nomen ecclesie specialiter pro clericis, licet sic accipiat sepe in canonibus sacris. Voluit ergo salvator quod peccatum delinquentis post secretam correccionem et adhibicionem testium ultimo diceretur alicui congregationi fidelium – laycorum vel clericorum, vel simul utrorumque – quam si non audiret, haberetur sicut ethnicus et publicanus. Aliter dicitur quod per eadem verba nulla ecclesie tribuitur potestas puniendi peccantes sed solummodo tribuitur sibi potestas corripiendi absque punitione aliqua. Nam per eadem verba nichil plus tribuitur ecclesie quam fratri in quem peccatur et testibus adhibitis. Sicut enim dicitur: *Si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos*, et sicut dicitur: *Quod si illos non audierit, dic ecclesie*, ita dicitur: *Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus*. Per que verba innuitur quod ultimo debet facere ecclesia quod prius fecit frater in quem peccabatur et quod fecerunt testes adhibiti. Quo facto ille in quem peccatur debet habere peccantem sicut ethnicum et publicanum, quia illi dicitur: *Sit tibi sicut ethnicus et publicanus*, hoc est: vel vita eum sicut ethnicum et publicanum vel – amore iusticie et propter bonum commune et ut boni inter malos quiete vivant – trade eum iudici qui de eo faciat iusticie complemen-

³⁶⁴ Ockham hatte in I *Dialogus* I.4 bereits auf die Vieldeutigkeit des Wortes ›Kirche‹ hingewiesen (in {OPol V}, S. 44–45; im Druck Trechsels, fol. 2^{vb}; bei Goldast S. 402,^{33–39}). Er hat auch sonst großen Wert auf die Laien als genuine Glieder der Kirche gelegt: dazu insb. V. Leppin, »Die Aufwertung theologischer Laienkompetenz bei Wilhelm von Ockham«, in: Elisabeth Strauß (Hrsg.), *Dilettanten und Wissenschaft. Zur Geschichte und Aktualität eines wechselvollen Verhältnisses*, Amsterdam – Atlanta, GA 1996, S. 35–48.

³⁶⁵ Hier wird das Wort *corripere*, das bisher in relativ weiter Bedeutung für ›bestrafen‹ verwendet worden war, von dem ›Lehrer‹ in deutlich eingeschränkter Bedeutung gebraucht (es ist hier etwa mit ›tadeln‹ oder ›rügen‹ zu übersetzen), obwohl dafür auch andere Formulierungen möglich gewesen wären (etwa *reprehendere*, *vituperare*). Marsilius gebraucht in *Defensor pacis* I.18 (S. 121,⁹ u. 11¹¹ Scholz) das Substantiv *correpcio* für ›Tadel, Schelte, Rüge‹ (so das Register von Scholz), das könnte hier von Ockham einfach übernommen worden sein. Doch spricht das nicht unbedingt dafür, hier die von Ockham präferierte Ansicht formuliert zu sehen, denn auch hier verbleibt die ausführliche Argumentation innerhalb der scharfsinnigen ›kasuistischen‹ Methode Ockhams (dazu etwa oben Anm. 24), der sich darauf berufen könnte, dass der

Kirchenmänner gebraucht, die ›Kleriker‹ heißen, sondern für die allgemeine oder auch eine besondere Versammlung der Gläubigen, die Kleriker und Laien umfasst.³⁶⁴ Denn man kann sagen: In der ganzen Heiligen Schrift wird das Wort ›Kirche‹ nicht speziell für die ›Kleriker‹ verwendet, mag das auch in den Kanones häufig vorkommen. Der Heiland wollte also, dass die Sünde des Delinquenten nach der geheimen Berichtigung und der Hinzuziehung der Zeugen zuletzt einer Versammlung der Gläubigen angesagt werde, [unangesehen] ob von Laien oder Klerikern oder beider zusammen. Wenn dies nicht Gehör fände, sollte er ihnen [allen] sein *wie ein Heide oder Zöllner* [Matth 18:17]. Anders lässt sich sagen: Durch diese Worte wird der Kirche keine Strafkompetenz über die Sünder übertragen, sondern nur die Kompetenz, Sünder ohne eine andere Bestrafung zu tadeln.³⁶⁵ Durch diese Worte nämlich wird der Kirche nicht eine größere [Befugnis] übertragen als dem Bruder, gegen den er sich versündigt hatte, und den beigezogenen Zeugen. Wie es nämlich [Matth 18:16] heißt: *Hört er dich nicht, so nimm noch einen oder zwei zu dir*, und wie es heißt: *Hört er die nicht, so sage es der Kirche*, so heißt es auch: *Hört er die Kirche nicht, so sei er dir wie ein Heide oder Zöllner*. Durch diese Worte wird angedeutet, dass die Kirche zuletzt das tun soll, was zuvor der Bruder, gegen den gesündigt worden war, getan hatte und was die beigezogenen Zeugen getan hatten. Dadurch muss der, gegen den gesündigt wird, den, welcher sündigt, wie einen Heiden oder Zöllner behandeln, denn es ist ihm gesagt: ... *so sei er dir wie ein Heide oder Zöllner*. Das aber bedeutet entweder: ›Meide ihn wie einen Heiden oder Zöllner!‹ oder aber: ›Übergib ihn aus Liebe zur Gerechtigkeit, wegen des Gemeinwohls und damit die Guten in Ruhe unter den Bösen leben können, dem Richter, damit der ihm die

›Lehrer‹ nur Positionen anderer referiert, dabei aber versprochen hatte, seine eigene Meinung nicht zu übergehen. Es ist die Frage zu stellen, ob Ockham damit auf die exklusive Zuteilung einer *iurisdictio coactiva* an den weltlichen Richter durch Marsilius von Padua (vgl. etwa *Defensor pacis*, II.10) antwortet, indem er dessen Monopolisierung »zwingender Strafe« auf Erden für das menschliche Gesetz und damit für den (weltlichen) *humanus legislator* (und dementsprechend für den nach ›menschlichem Gesetz‹ urteilenden weltlichen Richter) gerade nicht übernimmt, seine Aussagen dieser Radikalmeinung aber zumindest annähert, indem er der kirchlichen Instanz nurmehr (wie Marsilius) eine Kompetenz zur ›Rüge‹ zugesteht. Zur Theorie des Marsilius vgl. etwa: J. Miethke, »Einleitung«, in: *Marsilius von Padua*, wie Anm. 108, S. LXXXVIII–LXXX.

tum. Sed per predicta verba Salvatoris non tribuitur fratri in quem peccatur nec testibus adhibitis potestas puniendi fratrem delinquentem sed solummodo corripienti. Ergo per eadem verba solummodo tribuitur ecclesie potestas corripienti delinquentem; quod tali ratione probatur: Non magis licet fidelibus preiudicare imperatori et aliis laicis, fidelibus quam infidelibus, nec magis debent istis vel illis preiudicare usurpando potestatem puniendi reos quando puniendi sunt per illos quam in negando ei censum vel dignitatem temporalem in eorum preiudicium usurpando. Sed Christus noluit quod fideles preiudicarent imperatori infideli negando ei censum cum dixerit Matthei 22^o: *Reddite que sunt cesaris cesari*; nec voluit quod aliquis fidelis usurparet sibi dignitatem temporalem in preiudicium imperatoris infidelis, in cuius signum noluit fieri rex temporalis super Iudeos, Iohannis 6^o. Ergo etiam per verba prescripta noluit tribuere fidelibus potestatem puniendi reos quando essent plectendi per alios.

Capitulum XVIII

Discipulus: Recita quomodo respondetur ad auctoritatem apostoli 1^e Corinthiorum 6^o cum dicit: *Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Quanto magis secularia?* **Magister:** Respondetur quod apostolus in illo capitulo non intendit prohibere Corinthios in omni casu apud infideles iudicari, nec intendit asserere quod soli fideles debent secularia iudicare, et ideo non reprehendit omnes illos qui in quocumque casu requirebant iudicium infidelium – sic enim tam verbis quam factis sibimetipsi fuisset contrarius – sed reprehendit solummodo illos fideles qui indiscrete vel maliciose aut scandalose apud infideles

³⁶⁶ Marsilius von Padua, *Defensor pacis* II.4.7 (S. 164f. Scholz), gebraucht ebenfalls ein ausführliches Zitat von Joh. 6:5, um mit Hilfe eines Augustinistats Jesu nichtweltliches Reich von weltlichen Reichen abzusetzen. Allerdings sind die Akzente und Stilmittel bei beiden (Ockham und Marsilius) doch recht unterschiedlich, sodass hier kaum eine direkte Polemik beider gegen einander zu beobachten ist. Offen bleiben muss aber die Möglichkeit, hier doch mündliche Erörterungen in München beiderseits gespiegelt zu sehen.

Genugtuung der Gerechtigkeit angedeihen lässt. Jedoch wird weder dem Bruder, gegen den gesündigt worden war, noch auch den beigezogenen Zeugen durch die genannten Worte des Heilands eine Kompetenz übertragen, den Delinquenten zu bestrafen, sondern einzig eine Kompetenz, ihn zu tadeln. Also wird durch diese Worte der Kirche gegen den Delinquenten einzig eine Kompetenz der Rüge übertragen. Das wird mit folgender Begründung bewiesen: Den Gläubigen ist es nicht in höherem Grade erlaubt, widerrechtlich dem Kaiser und anderen Laien [an ihren Rechten] Abbruch zu tun, als den Ungläubigen, auch dürfen sie ihm nicht dadurch Abbruch tun, dass sie in höherem Grade seine Strafkompetenz gegen strafwürdige Schuldige widerrechtlich an sich reißen, da sie das bereits durch die Verweigerung des Steuerzinses an ihn oder durch die widerrechtliche Inanspruchnahme seiner zeitlichen Würdestellung im Präjudiz gegen ihn nicht tun dürfen. Christus aber wollte nicht, dass die Gläubigen dem ungläubigen Kaiser Abbruch täten durch die Verweigerung eines Zinses, da er ja Matth. 22:21 gesagt hat: *Geht dem Kaiser, was des Kaisers ist*. Und er wollte nicht, dass irgendein Gläubiger sich eine zeitliche Würde widerrechtlich aneigne zum Präjudiz gegen den ungläubigen Kaiser. Zum Zeichen dessen wollte er nicht zeitlicher König über die Juden werden, Joh 6:15.³⁶⁶ Also wollte er auch durch die oben aufgeschriebenen Worte den Gläubigen keine Strafkompetenz über Schuldige zuteilen, solange sie von anderen zu bestrafen wären.

Kapitel 18

Schüler: Berichte, wie auf das Wort des Apostels I Cor 6:3 geantwortet wird, da er sagt: *Wisst ihr nicht, dass wir über Engel richten werden? Wieviel mehr über die weltlichen Güter?* **Lehrer:** Die Antwort ist: Der Apostel beabsichtigt in diesem Kapitel nicht, die Korinther in jedem Fall daran zu hindern, sich bei Ungläubigen richten zu lassen, noch beabsichtigt er zu behaupten, allein die Ungläubigen sollten über das Weltliche richten. Deswegen tadelt er auch alle diejenigen, welche in irgendeinem Fall das Gericht von Ungläubigen aufgesucht hatten. Damit wäre er in Wort und Tat mit sich selbst in Widerspruch geraten. Vielmehr tadelt er allein jene Gläubigen, die sich ohne Unterscheidung, und aus bösem Willen oder anstößig bei Un-

et iniquos iudicari volebant. Ad cuius intelligenciam dicitur esse sciendum quod, sicut iudex cum prospexerit aliquos velle litigare coram se prius potest et debet inducere partes ut inter se componant antequam incipiant litigare, Extra, De transaccionibus, c. ultimo et Extra, De symonia, *Querelam* et 5^a, q. 2^a, Si primates et 90^a dist., c. *Studendum*, ubi sic legitur: *Studendum est episcopis ut dissidentes fratres, sive clericos sive laycos, ad pacem magis quam ad iudicium cohortentur*. Sic prelatus alicuius collegii specialis potest inducere subditos suos ut si unus adversus alium negotium habuerit magis componant quam ad iudicium veniant et, si inter se non potuerint amicabiliter componere, potest eos inducere ut quando valuerint absque preiudicio iudicis superioris primo litigent coram iudice vel iudicibus constituto vel constitutis, electo vel electis per ipsos vel per collegium antequam recurrant absque necessitate ad iudicem extra idem collegium. Sic possent monachi propter scandala et multa inconveniencia evitanda ordinare inter se ut, si monachus haberet causam adversus monachum vel monasterium adversus monasterium, ante componerent, si possent, quam venirent ad iudicium episcopi et, si non possent absque iudicio concordare, quod antequam ad iudicium episcopi recurrerent ipsi causam coram aliquibus monachis constitutis iudicibus vel electis a partibus vel collegio agitent. Quo ordinato monachi qui indiscrete vel maliciose aut scandalose, relicto iudicio monachorum, recurrerent ad iudicium episcoporum essent

³⁶⁷ Der Lehrer bringt hier (in aller Kürze) einen deutlichen Appell zugunsten der spätmittelalterlichen Schiedsgerichtsbarkeit vor, die seit dem 13. Jahrhundert immer wichtiger wurde. Dazu (im Rahmen der deutschen Reichsverfassung) M. Kaufhold, *Deutsches Interregnum und europäische Politik*, Hannover 2000, insb. S. 136–218, 466–469. Über die dabei üblichen Verfahren unterrichtet mit einer Fülle konkreter Beispiele M. Kobler, *Das Schiedsgerichtswesen nach bayerischen Quellen des Mittelalters*, München 1967. Exemplarisch knapp zur Bedeutung von Schiedsgerichten in der Reichsverfassung der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts neuerlich B. Schneidmüller, »Verantwortung aus Breite und Tiefe, Verschränkte Herrschaft im 13. Jahrhundert«, in: *König, Reich und Fürsten im Mittelalter*, Festschrift für Karl-Heinz Spieß, hrsg. O. Auge, Stuttgart 2017, hier S. 115–148, bes. 135–138.

gläubigen und ungerechten [Richtern] richten lassen wollten. Zum Verständnis dessen muss man, wie man sagt, wissen:³⁶⁷ Es gleicht folgendem Vorgang: Wenn ein Richter voraussieht, dass andere vor ihm einen Prozess führen wollen, kann und soll er zuerst die Parteien zu einer Übereinkunft veranlassen, bevor sie mit dem Prozess beginnen, X 1.36.11; X 5.3.15, C.5 q.2 c.4 und D.90 c.7. Hier³⁶⁸ ist Folgendes zu lesen: »Die Bischöfe müssen sich darum bemühen, Brüder mit abweichender Meinung, seien es Kleriker oder Laien, eher zum Frieden als zu gerichtlicher Klärung zu ermahnen.« Wenn einer gegen den anderen einen Rechtsstreit hat, kann der Prälat eines besonderen Kollegiums auf diese Weise seine Untergebenen dazu anhalten, eher eine Übereinkunft zu suchen als zum Gericht zu laufen, und er kann, wenn sie sich untereinander nicht freundschaftlich vertragen können, sie dazu veranlassen, wenn sie das ohne Präjudiz gegen einen vorgesetzten Richter tun können, ihren Streit zuerst vor einem oder auch mehreren [Schieds-] Richtern zu führen, eingesetzt und ausgewählt von ihnen selbst oder durch das Kollegium, bevor sie sich ohne Notwendigkeit an einen Richter außerhalb des Kollegiums wendeten. Um Ärgernis und viele Unzuträglichkeiten zu vermeiden, könnten auf diese Weise auch Mönche untereinander vereinbaren, dass sie dann, wenn ein Mönch gegen einen anderen oder ein Kloster gegen ein anderes einen Rechtsstreit hätte, nach Möglichkeit einen gemeinsamen Ausgleich suchen wollten, bevor sie vor das Gericht des Bischofs zögen; und wenn sie sich nicht ohne ein Gerichtsverfahren verständigen könnten, dass sie, bevor sie sich an das Gericht des Bischofs wendeten, ihre Sache vor einigen Mönchen verhandeln wollten, die sie als [Schieds-] Richter eingesetzt hätten oder die von den Parteien oder dem Kollegium³⁶⁹ [dazu] ausgewählt worden wären. Nach dieser Anordnung wären Mönche, die sich unbedacht oder Anstoß erregend unter Missachtung des [Schieds-] Gerichts der Mönche an das Gericht des Bischofs gewandt hätten, verdien-

³⁶⁸ Zitiert wird der gesamte zuletzt zitierte Kanon. Eine ähnliche Belegkette findet sich, wie in der Edition angemerkt, auch etwa in: *Breviloquium* V.9 (OPol IV, S. 240_{19–22}), *Octo Quaestiones* I.11 (OPol I², S. 46_{45–47}); *De causa matrimoniali* (OPol I², S. 286_{288–289}).

³⁶⁹ Mit dem Wort *collegium* greift der ›Lehrer‹ (unbedacht?) auf das erste Beispiel zurück, das doch im Kloster bzw. im Mendikanten-Konvent nicht recht passen will. Hier ist ausschließlich auf die kanonistische Ausgangsargumentation geachtet, nicht auf die Sachlage.

merito arguendi, quamvis illi qui necessitate compulsi vel ex causa rationabili ad iudicium episcopi recurrerent non essent reprehendendi sed in casu laudandi. Ad propositum dicitur quod apostolus considerabat quod aliqui Corinthii indiscrete, maliciose et scandalose, relictis iudicibus fidelibus qui erant constituti vel constituendi pro causis fidelium terminandis, apud infideles iudicari volebant absque omni necessitate et utilitate, et hos reprehendit apostolus, non illos, si qui fuerunt, qui compulsi vel per adversarios vel ne auctoritati infidelium preiudicarent illicite iudicari volebant apud ipsos. Unde ipsemet Paulus non refugit iudicium Cesaris dicens, sicut legitur Actuum 25^o: *Ad tribunal Cesaris sto, ubi me oportet iudicari. Iudeis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori. Si vero nichil est eorum que hii accusant, nemo potest me illis donare. Cesare[m] appello.*

Capitulum XIX

Discipulus: Auctoritates inducte supra c. 11^o non videntur isti sentencie tercie obviare. Ideo noli indicare an aliqui respondere contentur ad ipsas sed dic quomodo respondetur ad auctoritates et rationes c. 12^o allegatas, quia ille videntur tercie sentencie repugnare.

Magister: Uno modo respondetur ad omnes quod videlicet concludunt quando seculares iudices non inveniuntur circa punicionem criminum secularium negligentes. Unde secundum istam opinionem si layci circa temporalia dispensanda et circa negocia secularia et curas seculares ac circa crimina secularia punienda in nullo inveniuntur defectuosi seu negligentes vel desides, clerici et maxime episcopi de huiusmodi in nullo intromittere se deberent, sed deceret eos omnia

maßen zu tadeln gewesen, obwohl jene, die von Notwendigkeit gedrängt oder aus einem vernünftigen Grund sich an das Gericht des Bischofs gewandt hätten, keineswegs zu tadeln, ja im besonderen Fall sogar zu loben gewesen wären. Zu dem [hier besprochenen] Fall lässt sich sagen, dass der Apostel beobachtete, dass einige Korinther unbedacht, aus bösem Willen oder Anstoß erregend unter Missachtung der gläubigen [Schieds-] Richter, die eingesetzt waren oder eingesetzt werden sollten, um über die Streitigkeiten unter den Gläubigen zu richten, ohne jede Notwendigkeit oder irgendeinen Nutzen sich von Ungläubigen richten lassen wollten. Diese hat der Apostel getadelt, nicht diejenigen, wenn es die überhaupt gegeben hat, die gezwungen entweder von ihren [Prozess-]Gegnern, ihren Widersachern oder in der Absicht, nicht der Autorität der Ungläubigen unerlaubt ein Präjudiz zu schaffen, sich von ihnen richten lassen wollten. Darum ist Paulus ja auch vor dem Gericht des Kaisers nicht geflohen, wie in Act 25:10–11 zu lesen ist: *»Ich stehe vor des Kaisers Gericht, da muss ich gerichtet werden. Den Juden habe ich kein Unrecht getan, wie auch du sehr wohl weißt. Habe ich aber Unrecht getan und des Todes würdig gehandelt, so weigere ich mich nicht zu sterben. Ist aber nichts an dem, wessen sie mich verklagen, so darf mich ihnen niemand preisgeben. Ich appelliere an den Kaiser.*

Kapitel 19

Schüler: Die oben in Kapitel 11 angeführten Belege scheinen dieser dritten Auffassung nicht zu widersprechen. Deswegen sage jetzt nicht mehr, ob einige Leute den Versuch machen, auf sie zu antworten. Erkläre vielmehr, wie auf die in Kapitel 12 angeführten Belege und Gründe erwidert wird, denn die stehen offensichtlich im Gegensatz zur dritten Auffassung. **Lehrer:** Einmal ist die Antwort auf alle jene Aussagen, dass sie nämlich schlüssig sind, wenn die weltlichen Richter nicht bei der Bestrafung weltlicher Missetaten als säumig angetroffen werden. Denn wenn nach dieser Auffassung Laien bei der Verfügung über zeitliche Dinge, in weltlichen Geschäften und Sorgen und bei der Bestrafung von weltlichen Missetaten in keiner Weise als fehlerhaft oder säumig und träge angetroffen werden, dann dürften sich Kleriker und insbesondere Bischöfe gar nicht in Derartiges einmischen. Vielmehr wäre es für sie schicklich, dies alles

huiusmodi committere laycis eciam res ecclesiasticas dispensandas. Unde ad literam sicut verba sonant ea que sacri Kanones – sicut allegatum est supra c. 12^o – circa hoc precipiunt adimplere deberent et tantummodo verbo predicationis, leccioni et oracioni vacare.

Capitulum XX

Discipulus: Quesivimus quam potestatem habeat imperator super malos. Nunc investigemus quam potestatem obtineat super bonos sibi subiectos. Specialiter autem interrogo an imperator talem habeat potestatem super bonos sibi subiectos ut omnes teneantur sibi in omnibus obedire. **Magister:** Respondetur quod in illicitis et iniustus nullus sibi debet obedire. **Discipulus:** Numquid in omnibus licitis omnes sibi debeant obedire ita ut peccet qui sibi recusaverit in quocumque licito obedire? **Magister:** Respondetur quod non ex hoc ipso quod aliquis sibi in aliquo licito non obedierit est iudicandus peccare. Si enim preciperet alicui ieiunare vel non bibere vinum vel aliquid tale quod ad officium imperatoris non spectat, sibi obedire minime teneretur, sed in hiis que spectant ad regimen populi in temporalibus quilibet sibi obedire tenetur.

Discipulus: Numquid in huiusmodi quilibet tenetur magis obedire imperatori quam cuicumque alteri inferiori, puta regi suo aut duci aut marchioni vel alteri domino suo immediato? Videtur enim quod quemadmodum episcopus est superior abbate et tamen hoc non obstante in multis monachi magis tenentur obedire abbati quam episcopo, ita non obstante quod imperator sit superior regibus et ducibus et aliis dominis temporalibus, tamen subditi aliorum dominorum magis tenentur obedire dominis suis immediatis quam imperatori. **Magister:** Respondetur quod sicut secundum multos papa est immediatus prelatus omnium Christianorum in spiritualibus ita